GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

BOUND BY SANGORSKI & SUTCLIFFE, LONDON

Obedientia Potentiſſimi Emanuelis Luſitaniæ Regis &c̄·per clariſſimum Iuris·V·conſultum Dieghum Pacettũ Oratorem ad Iuliũ·II·Pont· Max·Anno Dñi·M·D·V·Pridie No·Iunii·

PEriclem Athenienſem Oratorem illum celebertimũ: in cuius labris poſuiſſe ſedem Pitho memoratur: Beatiſſime Pr̃· in quo tanta eloquendi facultas/tãta mouendis adfectibus: uis fuit: ut nõ loqui/aut orare/ſed ueteris comœdiæ teſtimonio/coruſcare & fulgura ciere crederetᷣ: non ſolum timide ad dicendum proceſſiſſe: ſed quoties in publicum prodiret/ſemper ſe nouis uotis obligaſſe proditũ eſt/Sollicitum uidelicet quo circũſtantium fauore eſſet peroraturus· Quod ſi ſummus ille Orator: q orationis fulgore menteis hominũ penetrabat omniumqꝫ animis imperabat: de ſui ſermõis euentu tantũ uerebatur: Quid me facere oporteat? Quippe qui omnis oratoriæ facultatis expers/utpote homo peregrinus/in quo ne ueſtigium quidem Romanæ facundiæ appareat: & quod me magis mouet/apud diuinam tuã maieſtatem in ſeraphico throno ſedentem/apud ſacratiſſimũ hunc Senatum/apud uiros ſumma autoritate/ſumma eruditione pręcellentes: de re etiã ſumma dicturus proceſſi·Verum pericles ſuam gentilitatem ſecutus/noſtræ ignarus religiõis ſuis diis uota faciebat·Ego uero Pont·Maxime·cui deo/cui numini potius uota perſoluam/q̃ tibi? tibi

inquam cœleſtis aulæ ianitori: tibi æternæ uitæ cla uigero: tibi indubitato Petri ſucceſſori/ac ueriſſimo Chriſti Vicario: tibi gregis tui paſtori uigilantiſſi= mo: tibi orthodoxæ fidei & catholicæ religionis acer rimo defenſori.

Magnanime Antiſtes/ lux o clariſſima mundi:
Cui pater omnipotens ſummi regnator olympi
Non dedit eſſe parem quemquam uirtute ſecunde
Adſis o felix Iuli/ ſemperq; ſecundus.

Tuo igitur adflatus numine Sanctiſſime. P. tua inſpi ratus deitate audentior factus pulſo iã timore Sere niſſimi Regis noſtri/filii tui deuotiſſimi Emanuelis mãdata de diuina tua uocatiõe/de ĩmenſo eius ob tuũ pontificatũ gaudio ac letitia/de ſua erga te fide obſe= quio & obſeruãtia paucis explicabo: ut ſi minus ele= gãtię laudẽ/ ſaltẽ breuitatis grãm meruiſſe uidear. Venimus itaq; Beatiſſime. p. exultãtes tuæ Sctitati obſequiũ/obedientiamq; de more preſtaturi. Veni= mus ab extremis uſq; Luſitaniæ finibus: ſalutatũ te chriſtianorum omniũ Pont. maximũ. Venimus ſanctiſ ſimos pedes tuos oſculatũ: ac Iuliũ ſidus/non gentile ficticiumq; illud: ſed uerum/ ſed auguſtũ/ ſed felix/ ſed ſecundũ/præſenſq; chriſticolis numen adoratum Venimus tuæ beatitudini gratulatũ Pont. maxime. Verum ita ut apud deum decet/ ſentiendo copioſius quã loquẽdo: quom ſacratiſſimus hic locus horrore: tranquillo & pauore uenerabili uix eundem animũ præſtet & uultum. Sed cuius nomine uenimus.

Nō dicā totius Luſitaniæ: nō dicā Sereniſſimi regis noſtri/ac deuotiſſimi filii tui: Nō dicā prudētiſſimi iuſtiſſimi modeſtiſſimi/atqꝫ inter primarios religionis chriſtianæ & nr̄a ætate potētiſſimi principis: ſed (qđ nomen ſat eſt) Emanuelis. Quid aūt quantūqꝫ portēdat Emanuel: Tuipſe noſti optime. P.btiſſime q uniuerſo xp̄ianoꝝ cœtui/cunctis orthodoxæ fidei cultoribus: & ī primis ipſi Emanueli/Emanuelem te præſtas. Deus enī nr̄ es/& adſidue ſemperqꝫ nobiſcū uerſaris. Quod diuinitas de te uaticinatū eſt. A ioue principiū muſæ/Iouis omnia plena. Quod ſi fortaſſe quiſpiā irreligioſus addubitet: nonne id aperte tua inſignia oſtendunt? Quercū Ioui optimo/maximo prudentiſſima ſacrauit antiquitas: ꝙ hæc arbor alimenta hominibus præbuerit/ut qui ſolis glandibus ueſcerentur. Nos aūt populus tuus: Nos grex tuus: Nos chriſtiani filii tui ſub tuæ quercus umbra tegimur/fouemur/ac ſecuri recumbimus: Nos alioqui famelici tuis glandibus ſaturamur/tua diuina Ambroſia/tuo præcioſiſſimo nectare nutrimur/alimurqꝫ: tuo fruimur numine/tuo nutu/auraqꝫ uiuimus. Quantum autem anima ipſa corpore eſt præſtantior: tantum diuina hæc tua & chriſticola quercus dialem illam gentilitiā excellit. Redit iam Te Pont. maximo aurea ætas/immo gemmea/immo Seraphica/& ſi quid præcioſius eſſe poteſt.

Romanum imperium nam te moderante Secunde
Iulia fert quercus nectar & Ambroſiam.

Sed deficio iam Beatiſſime.P.uel ſola tuæ diuinita-
tis contemplatione/nec te ulterius proſequi ualeo:
quoties enim a me tuarum laudum cumulus cogi-
tatur:uincor magnitudine: & redigor ad ſilentium
non ingratus uirtutibus:ſed oppreſſus.

At rurſus me reuocat Emanuel. Ille inquam tuus
Emanuel/Ille Sanctitati tuæ addictiſſimus filius:
Ille diuini cultus obſeruātiſſimus.nos ad tuam bea-
titudinem deſtiuauit:ut ſe ſuaqꝫ omnia tibi manci-
paremus/dicaremuſqꝫ: neqꝫ illa quidem uulgaria
& adſueta Pr̃ Sanctiſſime: Sed noua/& nunq̃ ante
hac/nec ab alio/nec alteri pręſtita tuæ tradimus ma
ieſtati. Nam ut cæteros Luſitaniæ Reges cum ſuis
geſtis omittam:ut Luſitaniam ab ipſis de manu infi
delium non ſine ſanguine recuperatam & ad uerum
dei cultum fidemqꝫ reductam:ut pacato regnō mox
arma in Aphricā traſlata/atqꝫ inibi captas plureis
ciuitates/quaꝝ expugnatione reddita eſt tandem
uniuerſę hiſpaniæ ſecuritas:intercluſo Aphricanoꝝ
traiectu:ut cōtinuata deinceps bella/atqꝫ ab Emanu
ele nr̃o auctas copias & præſidia prætermittam: ut
etiam dei cultum: Nam quæ templa/quæ delubra/
quæ oracula ille tuꝰ Emanuel operoſiſſime extruxit
ſūptuoſiſſime exornauit/religioſiſſime conſecrauit?
Quibus paſſim occurrere licet:ut plurimoꝝ infide-
lium ſanctum baptiſma & contumacium extermina
tionem:ut deniqꝫ reliquas eius uirtutes/quibus do
mi/foriſqꝫ præfulget/ſilentio præteream. Quid q̄

Emanuelis ſagaci induſtria / largiſſimo impendio/ cura propenſiore/uentis maria omnia uecti per uarios caſus / per tot diſcrimina rerum/ in Indiam uſq; penetrauimus / multis laboribus / multis periculis exantlatis: Nec Indiam modo / Aethiopiamq;: ſed Arabici q̊q; ac Perſici ſinus maritimas oras/rubriq; maris littora abraſimus : & uniuerſum fere orbem circũiuimus. Quo effectũ eſt:ut pleriſq; tam naualibus q̃ terreſtribus prœliis / non tamen ſine noſtro ſanguine confectis/ plura oppida / plures ciuitates/ plures nationes / plures reges a noſtris ultro pacem exorauerint / datis legibus parituri. Quod re ipſa fidem accepit: nã munitiſſimas arces in maumeticæ ſectæ perniciem : & chriſtianæ fidei triumphum a noſtris exſtrui paſſi ſunt / tributa etiam cenſumq; quotãnis pendentes. Plurimi quoq; ad chriſti fidem conuerſi: nec priuati ſolum homines: ſed integri etiã cum regibus populi in nr̃m religionem adſciti ſunt. Vt late iam ſanctiſſimæ crucis ſigna proſpiciantur: Emanueliſq; uexillis cruce etiam inſignitis ubiq; occurratur. Quinimo & per uniuerſa littora a nr̃is editæ cruces Chriſtum redemptorem pręnuntiant. Adeo ut ne ipſi quidem infideles/niſi uexillis crucis quæ a noſtris accipiũt/prætenſis audeant illa litora pernauigare. Omitto/ quãta nos alacritate quidam Indiæ chriſtiani exceperint: quos diuturna ſarracenorꝝ ſuppeditatione oppreſſos & longa iam deſperatione a Chriſti fide pene excidentes noſtrorꝝ confir-

mauit interuentus: qui etiã in cõmunis adorationis
& fidei teſtimoniũ Regi Emanueli Crucem dono
miſerunt: quã nos tibi adferimus Beatiſſime Pater.
Prætereo nobiliſſima atq; celebratiſſima emporia:
Zofolam plurimi auri feracem/ quæ Aethiopiã ab
Aſia diſcriminat: Quiloen inſulã longe dititiſſimã:
ac ſinus Arabici regnũ melinde. Tranſeo Canenor:
Coxi: Corilan/ in India: Quoꝝ reges & ſatrapes par
tim nobis fœdere iuncti/ partim tributarii effecti/
partim diciõi etiã fideiq; noſtræ addicti ſunt. Quid
ꝙ Mecam ipſam & ꝑfidi Maumeti ſepulchrũ iam
ſubimus? Viſimus & diuũ Thomã apoſtolũ. Vt ſpe
rare chriſtianis liceat breui futuꝝ ut oĩs maumetica
perfidia hereſiſq; aboleatur. Sanctiſſimũq; chriſti
ſepulchrũ/ quod nos æterna captiuitate liberauit:
prohdolor tanto tempore a canibus conculcatum:
atq; peſſundatũ: longo uelut poſtliminio (Iulium
modo ſidus adfulſerit) in priſtinã redeat libertatẽ
atq; ita Chriſti fides in uniuerſum orbem propage-
tur. Quod ipſum Ioannes apoſtolus prædixit/ fore
ut deſtruatur repente ſarracenica Babilon. Et quo
facilius id fieri poſſit: potentiſſimo Chriſticola-
rum domino præſtañ (quem uulgus præſbyterum
Ioannem indigenæ Abaſſi uocant) iam enitimur/
ſperamuſq; coniungi/ miſſis eo legatis: & oblato fa-
cillimo aditu. Inuenimus & pleraq; alia nõ minus
admiranda: Que ſingula non modo referre/ ſed ne
animo quidem concipere fas eſſet. Quæ omnia Bea-

tiſſime Pater tuus Emanuel uigilantiſſime ſimul ac ſapientiſſime ueſtigauit/ non laudis aut gloriæ ambitione / non fœdo auaritiæ crimine inlectus / Sed flagrantiſſimo noſtræ religionis augendæ feruore/ ut Chriſti fidem / ac uerum dei culum ampliaret. Std iam receptui canamus. Video enim iamdudum hoc Sanctiſſimam tuam maieſtatem & ampliſſimũ hunc Senatum adfectare.

Accipe igitur Beatiſſime Pater Imprimis Emanuelem tuum: Accipe Luſitaniam tuam: neq; Luſitaniam dumtaxat/ſed Aphricæ quoq; magnam partem Accipe Aethiopiam/ atq; immenſam Indiæ uaſtitatem: Accipe Oceanum ipſum / licet indignantem/ noſtro tamen remigio laceſſitum / confractumq;: Accipe tot illos ſinus / tot promontoria / tot litora/ tot Portus / tot Inſulas / tot Oppida / tot Vrbes / tot Reges/ tot numeroſiſſimas nationes uno ueluti pugillo incluſas/ ne rumoribus quidem nobis antea cognitas: Accipe orientalem obedientiam tuis maioribus incognitam / tibi reſeruatam/ ampliſſimam quidem iam nunc/ Sed indies deo auſpice ampliorem adfuturam: Accipe tandem orbem ipſum terrarum Quid orbem dixi? Immo terras alias/ aliud mare/ alios orbes/ alia ſidera. Vt fatidice illud de te uerius exierit.

Iulius hic/ hic eſt / diuũ genus / aurea condet ſæcula qui rurſus latio regnata per arua Saturno quondã ſuper & garamantas & Indos proferet Imperium.

76-165
Telles da Silva
FCG 76

Hæc omnia tibi iam adfecta Beatiſſime · P · ſimul ſecum dicat tuus Emanuel ſincera fide / ſingulari integritate / totaq₃ mēte: hæc nos eius nomine delegati tuæ tradimus Beatitudini: cuius ūt ueri Ieſu chriſti Vicarii / diuinos ac ſanctiſſimos pedes oſculamur / colimus / ueneramur / Deum optimum / maximum / præcantes / ut te ſecundū felicemq₃ ꝑpetuo tueatur ·

DIXI.

C505
P1160

5840